

ebdomadae sunt quae faciunt dies sexaginta & quattuor. Ex quibus si de una qua-
 ebdomada tres praefatos subtraxeris dies & paschalem sanctissimum. xxx & vii.
 dies in abstinentia permoneant. Hi uero qui sabbatum & in quodis ex omnibus operibus
 requieunt. non solum ob superstitionem iudaeorum. nec propter mandata legalia
 ueteris testamenti quae sunt umbra futurorum. sed nec cum iudaeis sabbatizentur.
 Ieiunium solue re conantur. Et praecipue causa quia ipso uesperiscente die
 gaudium sanctae resurrectionis a fidelibus honorifice celebratur. Sed quia unus
 quisque in suo sensu habundat siue hoc siue aliud sit. salua fide & religione nihil
 praecipit. De hoc autem quod cartula prosecuta uestra petiit. quod pluri-
 ma hinc diu possint. sed noluisse te excedere modum cartulae. & maxime quia
 cum sapienti paucis utendum sit uerbis. ita & nos uersa uice. paucis pauca prescrip-
 simus. quod autem usurpatis uerbis aegrae salutis ad salomonem. de beati-
 tudine seruatorum qui nobis assistunt. & audiunt uerba sapientiae nostrae.
 si hoc uerum scitis uenite assistite audite & pariter in domino in praeu-
 nati bus uarietate florum scripturarum locunditates delectemur.